

bat ventum validum. Ducitur etiam maris mundi fluxu & refluxu continuo, quem non gravat commota undecunque tribulatio; quippe quò gravius movet, magis ad Iesum impellit: mergiturque Petrus, qui calcabat fluctus, quia à Domino avertit oculos; igitur sæpe summergeitur cor afflictum tempestatibus, ubi in illis à Domino leviter etiam removetur intuitus. Semper in Deum debet intendere cogitatio, ne obruat exorta ac excitata commotio, qua ad se trahere conatur tribulatos per tribulationis fluctus: dum Deus respicitur, fluctus superantur: ubi fluctus, vel pia cogitationes summergeuntur: sitque ambulanti impedimentum, quod largitum ut subsidium; quippe magis removetur animi commotione, à quo commotione fluctum desiderabat accedere. Hinc Christus manum extendit, dum accedentem propè naufragum videt; qui periculo fatetur periculum respiciendi in fluctus prætercuntes commotionum: hi profectò transeunt: ille stat super fluctus in auxilium: equidem, ut superetur tempestas, & cordi redeat optata tranquillitas; intendum non est in urgentiam vehementioris tempestatis, sed in faciem Salvatoris, in tanta urgentia auxiliari potens. Manum extendit, ut videret, in quem respiceret; & in tempestate ad se, uti volebat, naufragum traheret: apprehensioque Petro, extensa manu, evanuit fluctum commotio; quippequam mundi tentationibus mergi non valet, quem Deus in ipsis commotionibus apprehenderit.

19 Apis, ut dixi, percussione moritur, quippe regem in exemplum expositum irata non imitatur. Pugnacissima sunt (ait Seneca de Clementia, cap. 19.) & aculeos in vulnere relinquunt, rex ipse sine aculeo est. Natura telum detrahit, & iram eius inermem reliquit. Rex N. Christus Dominus, qui pro nobis passus, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia eius, cuius in ore non dolus: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur. Qui quidem discipulis pro iniuriarum repulsa, dicentibus: Ecce duo gladij hic: respondit in exemplum, Satis est. De quo alibi. Docet rex apum rationalium patientiam, & nullo modo vindictam, qua maius damnum ulitori, quam patienti: equidem minimè tribulationibus tabesceremus in damnum, si regis tanta immerito patientis imitarem exemplum. Si imitat memoria alicuius, estò gravis offensæ, respice in faciem Christi tui. Patientia telum detrahit, & inermem

Totum d. Dei voluntas, non tempestas.

Verf. 31.

Deus tantum in procelis auxiliium.

Senec. Patimus vulnus, quia vindicari volumus.

Luc. 22. 38.

Si respectum in Christum, vitiumque cordis doli non tribulatum.

ipsis hostibus reliquit. Gravè non erit, non eximere gladium, igitur in tolerantia, quam in ultione amplius invenitur commodum: quippequam cæco furore, & impulsu vindictæ, dum hostis aut leviter percutitur, aut non percutitur; & apis eviceratur. Sic David ridet perpetuis hostes inermis. Circundederunt me sicut apes. Vel iracundiæ remissuri ignem, vel passuri mortem. Videant quid agant: sanè morituri si vulnerant. Irruunt, sed lethaliter cadunt; siquidem insiguntur insigentes aculeum. Ultio datur patientià, ex nomine Domini; qui iubet animum ab ultione subtrahere: & dum videt pugnas validos, sicut apes, inimicos, ultio dicitur in eos; quia persequentium patent viscera rupta, dum toleravit patiens vulnera levia.

20 Ergo constituenda à nobis dominici schola servitij (ait Div. Benedictus quo supr. in Prolog. div. ult.) in qua institutione nihil asperum, nihil grave. Quanam gravitas, cælum portare, portandi à cælo?

Ultimus cælum labor irreflexo  
Sustulit collo: pretiumque rursum  
Ultimi cælum meruit laboris.

Canit de Hercule Boëtius de Consolat. lib. 4. Metr. 7. verf. 28. Magnum sanè laboris virtutisque pretium & præmium, credi hominibus cælum portandum: igitur si onus sentiunt humeri, leve profectò, quia cæli. Si humeris ferentis pondus, propterea exaltabit caput.

Omnia sunt etenim tendenti ad summa; tenenda.

Sic se supposuit placidi conviva Molorebi, Ardua cum sèssus sidera fulsit Atlas. Succinit Achilles Boëchius Symbol. 138. & Chrysof. de Martyr. ferm. 2. ibi videntur pares virtutes, dissimiles pugna, gloriose victorie. Nemo coronabitur, nisi qui legitime certaverit. Unde Christi pugna delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare.

Virtus nam vidua est, quam non patientia format.

Ait Prudentius in Psychom. v. 245. & unde sumatur, Nazianzenus in Tetrastich. 41. Cum tu dolore læsus ardes maximo, Christi memor sis vulnerum: pars & quota Sit hæc dolorum quos herus tulit tuus.

Sic nempè, ut undis obrutus, mæror perit. Glorietur ergo in infirmitatibus, in laboribus, in plagis, divini signis amoris: equidem amoris signum, quo purgamur in cælum. Sicine Mercurius tacens & exultans inter veraces erumpentes flammæ, ut ait

Psalm. 117. 12.

S. Benedicti.

Boet.

Cælum datur pro la. bore.

Achill. Boëch.

Chrysof. Natus cum patientia Christi.

Prudenti.

Greg. Naz.

Quæ modò pœna, gloria, & in gloriam.

ait Boëchius quo supr. Symbol. 143. secum loquitur:

Euge beate ignis xephyri aurâ incese supermi,  
Mortale in nobis excoque quidquid inest.

Boëch.

DIDASCALIA III.

In nos officium SS. Angelorum, quantum officium?

Dixi plura Tomis prioribus, & quanta gratia, quòd Custodes vigiles adfint hominibus. In Literæ expositione expensa plura, at esto plura, non rependitur gratia.

Officia Angelii Custodii.

Idem.

Amplior favor gratie sub doloris specie.

Deut. 6. 16.

Exod. 17. 3.

In respicentiam dolor non dolor dicendum, sed amor.

amor, de salute sollicitior, dolorem misit ut audaces compesceret, sed nequaquam ut occideret.

2 Frequenter enim peccatores irascuntur, quoniam non excunt concupita ad votum. Sequuntur voluptatem, ac inveniunt ab Angelo infectam amaritudinem, qua fastidiant bona falsa, quia felle imbuta tanquam pabula fraudum, atque dulce nocumentum. Studium est, quòd amari aliquid surgat, & in ipsis floribus angat. Hæc faciunt homines plerumque cupidine cæci.

Lucret.

Et tribuant ea quæ non sunt his commoda veri.

Ut canit Lucretius lib. 4. de Rer. natur. verf. 1093. Fomite voluptatis trahitur homo delicijs, etji cognoscat divinas frangere leges: verum invenit anfractum, ubi concepit delictum. Quid non faceret cupiditatis obsequio, qui ita irritatur absynthio? Quis sic medicatur herbas, ut fugiat, atque evanescat in voluptate voluptas? Angelus focus, qui cælestis medicus: igitur si homo à serpente percutitur; ægri non miseretur, ut miseretur. Non dimittit, cum peccaveris; sed inlinit in dolorem vi doloris; quin amoveat manum, quousque præcordia vomant lethale toxicum, abundantior gratia in delinquentem, quoniam illum erudit & per dolorem. Non dimittit, cum peccaveris; sed inlinit in dolorem vi doloris; quin amoveat manum, quousque præcordia vomant lethale toxicum, abundantior gratia in delinquentem, quoniam illum erudit & per dolorem. Non dimittit, cum peccaveris; sed inlinit in dolorem vi doloris; quin amoveat manum, quousque præcordia vomant lethale toxicum, abundantior gratia in delinquentem, quoniam illum erudit & per dolorem. Non dimittit, cum peccaveris; sed inlinit in dolorem vi doloris; quin amoveat manum, quousque præcordia vomant lethale toxicum, abundantior gratia in delinquentem, quoniam illum erudit & per dolorem.

Lucret.

Angelus ægri ob miseretur, ut miseretur.

Exod. 3. 24.

Cæli Alap.

Accinit Achill. Boëchij camcena Symbol. 147. quod quidem ex Platone Apuleius dicit profla, ut vidimus in E. L. num. 45. In cunctis igitur claret muneribus dilectionis flamma, atque amor in alumnos cum charitatis vehementia; sed nusquam amplior, quam ubi dilecto præ amore ingeritur dolor: equidem palam magnitudo gratiæ, dum lateat gratia sub doloris specie. Non tentabis Dominum, sicut tentasti in loco tentationis: dicit Moyses perfidis Israëlitis. Tentare Dominum, semper malum: cur ergo videtur tantum taxare tentationis modum? Sicut tentasti: quasi non esset & despecta maiestas in tentatione. Aliquid innuitur in modo, ut huiusmodi inter tantas sola dicatur tentatio. Iam populus tentaverat Dominum in deserto Sur, & in deserto Sin; ac in audacia tentationum supplicium Deus in Raphidim intendit aqua defectum; quo tota multitudo prorupit in iurgium; dicens: Cur fecisti nos exire de Aegypto, ut occideres nos? Data est pœna, ne iteraretur à capironibus culpa: & quanvis Deum offendit tentationis articulus, inimicus perculit tentationis modus; quoniam pœnam, quam misit in vulneris medicinam, populus æger non arbitratus est gratiam: equidem eius

Ac. 11. à 9.

Magis peccatoris periculum, ubi in effugium necessarium miraculum.



è catenis evadat. *In ipsa nocte.* Clarent peccatoris tenebræ, quæ magis abnubilant mentem, quam sensus lumen: igitur dum inter erroris catenas, noctem ciformavit pravitas; in miserium deduxit statum, quo nequibat cognoscere mortis periculum, & defectu luminis, & etiam caliginis mentis, quantunvis gravatus ferro, vigilaret in ergastulo: quippequam cum esset in nocte; pondus poterat sentire, sed non videre. Hanc ob causam *lumen refultat in habitaculo*, dormiente Petro; peccatoris personam præ se ferente, in ipsa nocte & obscura caligine, quin posset movere pedem, & non excitaret hostem: lumenque ingeritur, dum peccator ita ab hostibus custoditur; ut cogitans videntque ex peccato tantam infelicitatem, fergat statim in erroris penititiam.

4 *Erat dormiens inter duos milites.* En miseria peccatoris. Dormire quiescentis est, & inter mala malum extremum est pax: equidem est spina conscientie penitus pungat: inter sentes dormire delicias computat. Sat dicta *Taut. 2. D. 1. Erat dormiens*, sed dormiendo desipiens, & non respiciens: quippequam summa insipientia (cum in respicientiam pulsant mala) morbis & periculis quiescere, in utramque aurem dormire; at morte excitetur in infernum, qui quiescebat sine cura discrimine infirmitatum. Arguit insensibilem, non sentire ex vulneribus dolore, neque vomitum pungentem; quippe gangræna lethalis & usque in vitalia serpens: paulatimque destituitur medicaminis auxilio, quia sine sensu. Patet in Iona quiescente, dum præ timore vigilabant alij: qui datus in procellam, negligens iram divinam; quandoquidem instante periculo vitæ, sine sensu inter discrimina dormiebat, gravi sopore. Veterinus caput insectat, cerebrum gravat, rationem memoriæque tollit, atque in inevitabilem dormiendi necessitatem inducit: & dum ita iacet homo vinculis criminis voluntariè ligatus, solutum eum accedit benigne Custos; ut cognoscat inimicos habenti, incongruum sane dormire: quandoquidem sine periculo capitis, nemo dormit inter hostes: igitur qui fiducia vana cubat solutus; evigilat, si evigilat, catenatus. Quid expectare quibat dormiens inter duos milites, nisi expergire vel percussione pulsatum, quem somnus veterino gravat; ut memoria excitetur, mortis pulsante recordatione, atque ratio reituitur ex cognitione periculi.

5 *Erat dormiens.* Mors inflabat, & dor-

Desperatur  
beneficium  
salutis, quies  
centibus in  
peccatis.

Iona 4. 15.

Effellus ve-  
terni.

Industria  
insensu An-  
geli, in ani-  
ma conver-  
sionem.

miebat? *Quomodo si fugiat vir à facie leonis; & occurrat ei versus.* Unde maus nocentem ex urto obvio, quam ex leone in vindictam iracundo? In utroque signatur peccatoris iactus in iniquitatem; sed nocentior, uris emulando inclinationem. *Tam gravi somno premuntur* (uris, inquit Plinius *lib. 8. cap. 36. & Raviis.* Text. ex illo in *Officin. lib. 7. c. 27.*) *ut ne vulneribus quidem excitari queant; tunc mirum in modum veterina pinguescunt.* Trahitur, imò vehitur peccator in obiecta cupidinis, sicut catulus leonis habitans pro præda in abditis: verum miserabilior status, si ita persistit ut uris: equidem cum quiete dormiant, & veterino quo alij gravantur, pinguescant; impossibile proripsum excitare in memoriam penitentia: quippequam si insitium vulnus; ut præ dolore emortui excitentur sensus; labor omnino cassus. Non est auxilium: prodit quasi ex adipe iniquitas eorum: igitur foventes quietem, & non sentientes dolorem, gravitate veterini, nec vulneribus possunt excitari. Quid auxilij & unde? Ibidem dicitur. *Oculi eorum hebetantur crebro: quæ maximè causa favos petunt, ut convulnerantur ab apibus os, levat sanguine gravedinem illam.* Apes dicuntur Angeli hominum custodes, à Basilio Homil. 10. in *Hexæmer.* à quibus vulnerantur; ut clarè videant, & in morte non obdormiant, neque ad vitanda mala lumina claudant: si quidem opus si fortè, pro levamine languoris, etiam percutiunt usque ad effusionem sanguinis. Uris accedunt in vulnus, quoniam ex vulnere salus. Magis fatigant estò soluti, commoditatis vitæ, quam peccator catenatus cum periculo amissionis æternæ: igitur ut oculos in respicientiam aperiat in vinculis dormiens homo; necessarium astruitur, quòd Angelus pacis ibi descendat è celo.

6 *Lethargicos expergissit urtica, tæta fronte:* inquit Plinius *lib. 22. cap. 13.* in fronte ratio, quam obdormire faciunt sensus, ne sentiat peccati & conscientia vulnus, clausis oculis in penitendum, quia in dolore maximo amplexatur voluptatem: Angelusque vehementius cordis latera percudit, dum ratio in catenis dormit; quippe nequaquam excitabitur consopita intelligentia, ni accedat Angeli alpera adurens urtica.

*Da pater augustam menti conscendere sedem,*

*Da fontem lustrare boni, da luce reperta*

*In te conspicuos animi distigere visus.*

Rogat Boetius 3. de *Consol. Philosoph.*

Amos. 15.  
19.  
Ursi cœditio

Plin.

Peccator ha-  
bens in nec-  
tato quiete,  
& nec vul-  
neribus exci-  
tatur in sa-  
lutem.

dem

Car aper na-  
stri Custos  
det?

Plin.

Urtica reme-  
dium lethar-  
gicorum.

Boet.

Mc.

Metr. 9. v. 18. Unde ergo in anima tanta felicitas, si iacet infelix inter criminis catenas? Ipse subdit:

*Quam legem benignam*  
*Ad te conversam reduci facis igne reverti.*  
Facit Deus ministros suos flammam ignis; propter eos qui hereditatem capiunt salutis: ignemque in ministris applicat pius animabus averfis; ut convertantur ad cor, quibus vel in dolore erat pax; siquidem ni adurerentur Angelico igne, difficillimum reverti. Austeritas à patiente dicitur, quippe patiatur, sed percussione diligitur. Non dimittit peccantem, quoniam cognoscit figmentum; sed flagellum preparat in supplicium, ut in peccato non dormiat, imò oculos ex viciibus aperiat. Vibrat flagella, sed lege benigna: quandoquidem sine intima percussione, nequibat in Deum desiderem visus, in caelum attollere oculos, sedem angustam conscendere, nec lustrare fontem boni.

7 *Tribulationes multas & malas refert percussus David.* Multas, non in mortali vita extraneum, equidem multe tribulationes iustorum. Verum *Malas?* Quis arbitrabitur bonas? Qui viderit à quo missa: etenim cum non mittat ut tribulet, sed ut dormientes à somno peccati excitet, post passam immisissam à medico amarum tribulationem, dulcem ager agnoscat, quippe datam in salutem. Econtra videtur in dæmonio torquente, hominum etiam in ipso medicamine hoste. Hinc à Chananea dicitur: *Domine filia mea male à dæmonio vexatur.* Vide dicta in *Lit. exposit.* n. 20. equidem tribulatio multa & mala, quoties cruciatum vehementia datur in patientis vexationem, & vexatio non expellit ab anima criminis infirmitatem. Dæmon circum undique quærens quem devoret: Custos vulnerat, quem protegendum ducit, ut vulnera facta à dæmone sanet. Illa tribulatio multa & mala: hæcne levis tribulatio & bona: equidem Angeli percussione homo liberatur à vinculis, & dæmon vexat vehementer ut permaneat in catenis.

8 Dicitur textus: Inter duos milites dormiebat Petrus, *vinculis catenis duabus.* Ita etiam cum militibus erat à diabolo vinculus. Iustus non trissetur, dum ab iniquis vexatur, & pœnas gravat; quippe habent quo pœnas lauant: quandoquidem modò obtineant, iustum pati; abdicunt sibi placentes, in vinculis detineri. Haud felices reputandi, nec pœnarum expertes, eò quòd dæmonis amici: igitur si per illum innoxium aggravat pœna, propter iustum

Dæmoni  
malignitas.

Iniqui pœ-  
narum iusti  
confortes.

Boet.

amicos tradit in vincula. Utroque diabolus vincos habebat in carcere, ubi claruit Custodis, atque dæmonis vexantis differentia ex intentione: equidem Custos diabolus Petrum ligare permisit, ut in eius gloriam solveret: & diabolus posuit vinculum inter vincos milites; ut illo sospite, milites permanerent in catenis. Hoc etiam intuitu dicitur, Petrum pericali expertem, dudum ultra portam ferream, que ducit ad civitatem. Duæ portæ erant in custodia, uti observat Doctus. Sanctius hic num. 28. Una dacebat in calvarium ob damnatorum supplicium: alia in civitatem, quæ mittebant sospitem innocentem: & Petrus à diabolo vincos, quàm ab Angelo solvitur, portam ducentem ad civitatem ingreditur; quippequam Custos permittens diabolo iustorum persecutionem, semper dirigit & torquet in illorum libertatem. In civitatis Ierusalem allegoria, vel mytico sensu, splendet quò tendat Angelorum vexatio. Laboribus huius vitæ, quippe felicitas ex labore, acceditur, ad Sion montem, & civitatem Dei viventis Ierusalem celestem, Ecclesiam felicitate speciosam, & ad multorum millium Angelorum frequentiam. Ingerit labor fastidium, quoniam transendum per ferum. Qui amat Angelus, potest compescere inimicorum incursus; sed in salutem afflictorum disimulat, ut anima sospes illo comite evadat: igitur congruit, quæ ad civitatem ducit portam transire ferream; quia ita vexatur in gloriam, ut post libertatis quietem, pacis inveniant visionem. Intendite in socijs invenientes auxilium, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum.

9 En Angelorum custodia: ergo dæmonis in hoc tractu consideranda malitia. Petrum in vincula per tyrannum Agrippam tradidit; sed liber è catenis, vinculis ac militibus exivit. Ligavit simul milites in Petri custodiam, quæ remanserunt, quando Petrus tyrannicam fugit iram: verum illi non fugere, equidem facta de custodibus inquisitione; Agrippa in supplicium extremum iustus deduci. Sic intelligitur verbum *Ducere* pro morte, ut utitur Senec. 1. de *Ira*, cap. 16. dicens: *Te duci iubeo, quia damnatus es.* Et Plin. *lib. 10. Epist. 97. Christianos perseverantes duci iussi.* Hòs dæmon premit, quos in Petri interitum instigavit: igitur fecit illud subire supplicium, quod moliebatur in Petrum. Minime ligat diabolus, ut solvat, sed ut decurso tempore arctiora vincula annexat, & usu prætermisso vinculum, sensim de-

A dæmoni  
infatuati.

Verf. 104

In Iustis per se  
cutione flo-  
ret, & in  
gloriam iusti  
educit.

Verf. 193

Ducere pro  
morte tra-  
dere.

Senecæ

Plin.



Diabolus improbus malignitate obcecatur.

Plal. 59. 3.

In Custode causam indignationis ex odio sceleris.

Ovid.

Genes. 32. 25. 34.

Plal. 59. 4.

Homo saucio corpore, val. t. m. n. t.

Poenitentia sanat vulnera.

trudat iam vexatos in infernum. Unde fugiente catenas Petro, in milites etiam perseverat vexatio; quia demon vexat ut vexet, ut magis premat affligit; sine spe nec rimula libertatis: quandoquidem ne transcant portam ducentem in civitatem salutis, ab illo arctet & mortem usque, detinentur in catenis.

10 Angelus Custos, quos plectit, diligit, & fastidij larva corrigit. Iratus est, & miserus est nostri. Non est ira, sed altimabilis ac dives misericordia: siquidem nil boni anima nanciscatur, ni amarius irascetur. Causa impugnationis amor est. Non aliter conciliatur. Grata belli causa fit. Ordinat charitas, & ut clarescat amor, sumit sagittas.

Nox & hyems, longaeque via, seivique labores

Mollibus bis castris, & omnis dolor adest. Igitur ut magis inter brachia fugientem arctet, incimius & saepe percutit. Non recet iacob in patriam felix procederet, ni percussione Angeli claudicaret: quippequam vulnus charitatis in charitatem, semper infligitur in percussu rectitudinem. Cuncta in Psalmo: Repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es & misertus es nobis. Commovisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Repulisti, ne repelleres; destruxisti, ne destrueres: eadem repulsa commota est in contritionem anima, & ni destrueret, haud sanaretur contrita: quoniam dum terra movetur, homoque exterior corrumpitur; homo interior in anima renovatur. Terra corpus dicitur hominis, quo anima trahitur in speciem voluptatis; & dum hac terra contritione commota, anima patet contrita, quoniam cum vulnere percutitur corpus, anima sanatur vulnus. Destruisti, & tunc conturbatione animam adificasti: eadem nullo modo in caelestia movetur, ni appetitus in prava a percussore destruat. Voces interdum non profunt, quippe informant, & nequaquam laedunt sensum. Acriore spiculo formanda plaga, ut commoveatur huiusmodi terra. Vulnus repulsa & destructione manus de caelo gravavit; & terra mota contremuit: primo commota, post mota: & anima motu ex commotione contrita; sed restituta saluti, cordis ex sensu dolore: eadem tunc contritionis sanat medicus plagam, ubi commotione cordis anima ex vulnere movetur in poenitentiam. Claudit miseratio flagellantis in specie dira vindicis: igitur ut prodesset animabus dulcis medela, ostendit populo

dura. Apprimè duntaxat *Ostentio*, ubi visa *Verf. 5.* contritio, atque pectoris commotio, involuta clementia in ipsa ira: quippequam significationem dedit per leve vulnus, ut maiora timentes per contritionem fugerent a facie arcus.

II Sicine iacet peccator vinculis iniquitatis, sicut Petrus solutus per Angelum a catenis: attamen est in custodia, quippe clausa, quae ducit ad civitatem, porta ferrea. *Quis deducet me (ait David) in civitatem munitam? Nonne tu Deus qui repulisti nos? Si repulisti & destruxisti, quo pacto in munitationem iter aperiet? Quia repulisti & destruxisti. Ita fecit, sed repulsa ac destructione in contritionem commovit. Est iratus, sed misertus: iratus in dolore vulneris; misertus in motione contritionis: ipseque qui fecit stodiösè repulsam, in munitam civitatem aperit portam; ut ostendat se clementem, etiam dum flagellat peccatorem: igitur non repulisti misericors vindex, ut repelleret; sed ut corde contritos in civitatem deduceret. Dicit Psalmodigraphus, multitudinem miserationum expertus. *Adificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israelis congregabit: qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.* Dispergantur per avia peccatores, sequentes contra legis scita cupiditates; sanctamque fugientes civitatem, quam Deus adificavit custodiens legem. Dispersiones congreganda sunt totius electi Israelis, ut constituent civitatem habitacionis. Quomodo reducendi? Per flagella, quae dolorem sentiunt corpora, & mens acerbitate cogitat, quam amarum, dereliquisse Dominum. Indulgentia minime converterentur: & ut converterant, per clementiam percutiuntur; quoniam solummodo ingrediuntur civitatem, qui flagellis afferunt de flagitijs contritionem. Contritio cordis vulnus est eò maius, quò tangit cor. Supponitur vulnere in infidio, ubi vulnere sanatio: sanataque contritis corde, ut sit ex corde conversio: eadem cum per vulnera carnis, sanantur vulnera mentis; non possunt sanari vulnera, si cessaverint flagella.*

Verf. 5.

Ira Dei pia.

Verf. 11. & 12.

Ira scitur ut repellat; verum repellit, ut irascat.

Plal. 146. 2. 3.

Non sanatur cordis vulnera, si cessaverint flagella.

Verf. 7.

Officium Custodit.

Illic quare a peccato Jurgendum?

Illic auxilium adeo, si peccator respiciat.

Verf. 8.

Et Custodem sequitur.

Luc. Cont.

Cametar.

Lachryma pretiosa.

Daniel 4. 11.

saltem Angeli charitatem. Erat iacens, erat dormiens, atque vincus inter milites. *Percussioque latere Petri, excitavit eum dicens: Surge velociter.* Cuiusnam amplior dilectio? Facta profecto percussio, ut iacentem erigeret, dormientem excitaret, ligatum solveret, atque liberum dimitteret: igitur ni indigeret, in quem diligebat, vulnus, post tot catenas etiam moreretur Petrus. Surgendum est, & velociter surgendum; quippe instat mortis periculum: & post si surgere volumus, forsitan non erit tempus. Error mentis lumen obscurat rationis; ne homo pericula videat, & cum discrimine dormiat, ligatis manibus catenis pro curanda libertate, cum periculi oblivione, qua tendit in animæ damnationem, proterendo salutem. In malis miserandus frequenter iacet, quia aperire oculos renuit: igitur illic ut percussus Petrus aperuit oculos, quos dormiens habebat clausos; *cecidit enim catena de manibus eius.* E periculis erui vellet, sed dormiens: libertatem nancisci, sed in catenis iacens. Si ex corde cupit, ut convertatur peccator, *Ecce Angelus:* verum minime restituetur libertati, quousque frangantur catenae, oculos clausos aperiat, & lumine percussus etiam velociter surgat: siquidem qui consulit libertati, debet pro viribus studere labori. Quid amplius Custos facere quibat, si ad cuncta mentis impotem amanter illuminabat? Gratulari debet de percussione illata pro insperata libertate: siquidem eduxit, ut dona perspicue clarant; unde alij in vinculis remanebant; & etiam mirabiliter eruit ab occasione, unde socij nisi in mortem nunquam poterant exire. Iam actum: ceterum restat periculum. Pro effugio quid? Designat: *Sequere me.* Habuit felicem exitum, quia secutus est Angelum. Non sequeretur, si aut dormiret, aut iaceret, aut non surgeret: fastique patuit latius in percussione, ut sequeretur iam liber Angelum illuminantem.

13 Myrrham depinxit Lucas Contile *Embl. 10.* cum huiusmodi lemmate: *Concussu uberior.* Unde? Dicit Camera: *Sequere me. 11. Centur. 1.* *Uberior ventis myrrha agitata fluit.*

Myrrha lachryma pretiosa, & non esset lachrymarum copia, ni fuisset vento agitata. Angelis sanctis huiusmodi munus committitur, ut homo folijs arbor fastosa, in salutem concutatur: hinc arbore ostensa, dicitur Angelis: *Excutite folia.* Ni excuterent, difficile fructum uti myrrha ferrent: excutiantque hominem in excussu

utilitatem; igitur non tantum patet fructum ubertas, sed & pretiositas, cum ex qualitate procedat illic in lachrymas. Sicut sagitte in manu potentium, ita affectus & conatus, filij excussorum. In scena iacob cum Angelo micat vulneris intentio. Progreditur audacter in palæstram, & init valide pugnam. En pugna hominis peccatoris viribus libera voluntatis, qua tenax resistere Custodi conatur, si à voluptate deducitur. Lustremus, quæ *Tom. 3. T. 8. Didasc. 3. num. 14.* promissimus. Angelus pugnabat, iacob verò & valida virtute pro viribus resistebat. Quid Angelus, dum homo pugnat in certamine protervus? *Cum Angelus videret, quòd eum superare non posset, tetigit nervum femoris eius & statim emarcuit:* id est, cum videret, quòd cedere nollet, alto vulnere percussit. Quid inde ex pugna? Resistens poenitentia. *Flevit & rogavit eum.* Voto percussione poritus, qui antagonista resistentiæ despectus, nactusque propositum, quo in hominem valde direxit Angelus ictum: equidem ni resistentem percuteret, pro resistentia facta minime fleret. Angelus qui erga hominem tot signa ostendit benevolentiae, ita incumbit anxie vulneri Myrrham respicit Angeli amor, quæ concussa in actu uberior: & hominem resistentem percutit, cedentem concutit, concussione sanatur, atque vulnere curentur; ut errorem tribulationibus ploret, nec ultra in ductorem insitet: eadem si indulgeret huiusmodi tractum, & prae amore non compecceret impetum, nec resistentem percuteret; sicut pridem iacob procellerat, ambulare: minimeque via esse quibat in patriæ felicitatem, procedere ita proterve contra itineris custodem.

14 Quis non videat peccatorem tribulatum sine solamine, & arbitretur Angelum abesse longe? Dum in crimen cadit, Angelus conivertit. Amat, atque illuminans in mentem atrahit, attractum amplectitur; at amplexus flagellatur & percutitur.

*Sæpe feres imbrem caelesti nube solutum. Frigidus in nuda sæpe iacebis humo.* Quis credit? Qui amorem novit. Non concutit myrrham rationalem, ut concutiat, sed ut uberrime fleat, ac poenitentiam contritione cordis agat: eadem cum lachryma poenitentiae sint pretiosa, & uberior effusa: amplioris sane momenti; Angelus poenitentes concutit arctius in fluctum, ut caelum emant pretiositate opulentia lachrymarum.

Tribulatio homini felix.

Genes. 32. 25.

Osee 12. 4.

Angelus hominem sanatur, ut fleat.

Amor Custodit cum larva severitatis.

Ovid.

Caelum emittit lachrymas.



Achil. Bo- che

Magnanimus furor est, ira & generosa, Lumina flammifera.

Succinit Achilles Bochius, quo supr. Symb. 135. Furor videtur, & patefcit favor. Offenditur ira, sed omnino generosa: igitur in salatem focus utique percuitur, quam non haberet, ni percuteretur. Patet in Petro inter milites vincdo. Angelus de celo descendit, ibi allitit, eius lumen in habitaculo fulsit. Quis surrexit? Quis evasit? Solus Petrus, cuius Angelus percussit latus, & experrectus: igitur ni percussisset, ut alij inter allos dormiens in mortem iaceret. Prinquam in correptionem propter, omnia tentat, assilit, micat, illuminat: verum cum non satis haccine (quia blandimine, ut respicant, & surgant ab amplexa iniquitate; ira sed generosa, lege benigna) utitur vehementi flamma: concutit peccata, impingit vulnus, ut faucis aperiat oculos clausos, ac pre dolore erumpat in fletus.

Ubi supr. v. 7.

Si anima Angeli non credit benignitati, affligitur concussione.

Cremon. 8. 18.

Intende in momenta vulneris. Dolor meus (inquit Propheta) super dolorem: in me cor meum movens. Huiusmodi phrasim exprimit multitudinem, ac simul continuationem doloris, de quo nos non stricim Tom. 6. Tautol. 10. Ita penitens Ierusalem in mentem reverfa exclamat, & non aliter quem contrivum corde Angelus dolore vexat: equidem ut habeat de peccato mesitudinem, super dolorem vulnerum addit dolorem. Maluenda: Refrigerium meum super marem: super me cor meum languidum. Tigurin. & Leo Iudæ: Rictum fiendo diduci propter marem. Vatabl. In consolatione mea ob marem. Contradictio lectionum apprimè promit custodis flagellantis studium; ut secum focium habeat, & myrrham arte concutiat: igitur si doloribus excitat planctum, proculdubio in dolentis refrigerium. Ruit homo in crimen. Haud aliam medicinam habet nisi dolorem. Medicari vulnus Custos intendit, & dolorem super afflictionem addit: quippequam pena super mesitudinem affert plagæ medicamen, & saccio consolationem. Ubi & sicut dolor creverit, cor mesitudine languet, & quod dolet acrius, eo consolatione refrigeratur pectus; quippe etsi gravis, satis haud videtur severitas penitentia, respectu commissæ noxæ: unde mesitudine languet, corque deficit, etiam dum est dolor de dolore; quia non poterat dolens, uti par erat, dolere. Super dolorem est dolor, & tunc Custodis rutilat inclutus amor, quem exiens è vita cognoscit penitens; etenim

Maluend. Tigur. Vatabl. Ab Angelo exercitiis est homini refrigerium, sicut, solatium.

Unde eximia contritio.

ricum plorando diduxit. Hoc est, resit, exprimens cordis laticiam, ex dolore in penitentiam: quandoquidem non plorare Angelus dilectum faceret, nisi ut propter refrigerium ex dolore rideret.

16 En dirissima minæ, que dilectio constat Angeli. Dissipabo & absorbebo simul. Hebr. Una deglutiam. Maluend. Assubo, & hauriam una. Elegans, sed videtur impropria similitudo, dum minatur, Dissipabo. Quod hauritur, intra viscera clauditur: quod dissipatur, repellitur: quomodo intra pectus fovet, quod concutiendo dispergit? Quippe dissipat ut foveat, & intra viscera claudit. Myrrham afflat, ut focus ploret, & simul haurit; quippe lachrymas bibit, illasque servat in pectore pro culpæ satisfactio. Ni dissipatus & concussus, homo periret; igitur criminis dissimulatione non ploraret: & ubi ab Angelo pre dolore in penitentiam designatur adinstar myrrhæ concussus, etiam dicitur pre amore hauritus & absorptus; quippequam multiplicat studiose flagella, ut quem diligit, habeat intra precordia. De ficu dicit Plinius, uti observavimus Taut. 1. D. 6. num. 18. Perquam faciendo proventus, scalpendo tantum ferreis unguis, aliter non maturefcit. Per ficum signari naturam humanam, astruit Gregor. Magn. Hom. 31. in Evangel. Per cultorem ficus signatur Angelus. Vide Salmer. Tom. 7. tract. 21. & Alap. in Luc. 13. 7. Huiusmodi luxurians ficus profert grossos, qui non fructus; uti inspidi, gustui inepti, & immaturi; necesse est, quod fructum in patientia afferat, ut Dominus tanquam inutilem non projiciat: Angelusque cultor ferreis unguis scalpit; quoniam aliter ficus humana non maturefcit.

Idem. 42. 14. Hebr. & Maluend.

Magis Angelus intra viscera ardeat, quod flagellat.

Plin.

Cur homo sic nulli ficus?

17 Conditionem huiusce ficus cognoscit Angelus. Primò ficus fluctuat: Casa statim stagnis mergitur (subdit idem) grossus eius non maturefcit nisi incisura emisso lacte. Quia homo confederat habere patronum, ductorem, cultorem, in lacte ducatur ostendentem eximiam benignitatem; laborat, sed inter mundana fluctuat, quin fructus virtute operationum maturefcit.

Idem.

Ovid.

Itibus Angeli homo percitur.

Ioel. 1. 7. facti

Amor odit inertes,

Quos plerunque efformat fiducia benignitatis: ab Angeloque emoto lacte incitura ficus cædit; ut casa statim aquis mergatur: siquidem tunc maturefcit fructuum optata fertilitas, si ficus vulnerata incitura rupta in lachrymas. Ficum meam decorticavit: nudans spoliavit eam, & projicit: albi facti

Oven.

Percutit in candore morum.

Ioan. Hug. Totum fladium in salutem anime.

Claustron.

Paccat. Extremum mali, malum non cognoscere.

facti sunt rami eius. Sicine amicitia? Et magni habenda. Projicit, & projiciendo icit, ut intime remotione lactis ploret, vulnereque emittat lachrymas,

Quo fonte manavit nefas.

Quid usque in intima cortice detracta vulnera, si ficus nitet vel in ramis alba? Patet cultoris studium, sed non tedium: igitur si percuit, percuit tantum in candorem morum. Projicit frondes spoliando fruticem, & usque ad corticem. Quorsum huiusmodi dissipatio? Ut è terra ad celum evelet homo, Cortex & frondes, uti luxuries viridantium foliorum, signant pompam bonorum temporalium, cum quibus ficus rami non poterat albi fieri, quod erat totum momentum, ut maturum in celum perferret fructum: hancque rationalem ficum cultor, qui Custos, spoliat, & dispergens corticem usque denudat; quippe cuncta perire, parvi momenti, modo rami possideant candorem gratiæ. Arbor ipsa tota (ait Ioan. Hugo in 4. part. India Orient. cap. 11.) ad radicem detruncatur, ut præter hanc reliquum illi nihil relictum sit. Hac cælesti, cultoris sollicitudo, ut salvetur qui Custodis arbitrio traditur homo. Radix animam signat, candor gratiam: & usque ad radicem pompa ficus detruncatur, atque folia disperguntur; quippe modo salvetur cum candore radix anima, flagrant profecto in fumum cuncta temporalia bona, quæ apprehensione si bona, bona caduca. Non in celum regredi solus conatur Custos. Individuum comes est, & erit, & esse vult. In odorem unguentorum virtutum curre post eum. Preme velligia, ut securaris ad gaudia. Stat à dextris, ne commovearis. Dic illi ex animo, quod aliò Profanus de 3. Consul. Honor. v. 158.

— *Iam iam securus ad astra, Te Custode, serar.*

DIDASCALIA IV.

Nulla maior est pœna, quam esse miserum, nec videri.

1 P Robert & iurè Paccatus in Pagnyr. Theodos. Hæc maior pœna, sed peior causa; quæ sepe culpa: igitur malum extremum, non videri & esse miserum, cum angat animam premens vehementer angustia; & nec pœna, nec culpa etiam icta angatur infelix anima.

Multimodis igitur pravos, turpissime videmus

Esse in delicijs, summoque in honore vivere.

Nec sua respiciunt miseri mala maxima sepe.

Canit Lucretius de Rer. nat. lib. 4. v. 1095. Quidam vitijs gloriamur (ait Senec. Epist. 28.) ideo quantum potes, te ipse coargue, inquire in te. Accusatoris primum partibus fungere, deinde iudicis, novissimè deprecatoris: aliquando te offende. Sæpe accidit peccatori sese arguere ob pravos inolitos mores (patitur mens conscia Manes) sese offendere, & fallidire, accusatoris partibus fungi, munus iudicis exercere; sed deprecatoris fugit; quia non dolet, cum iaceat miser, nec videri velit. Gravantur dolores, ut respicant; sed stat, quasi non doleat. Sic est artifex (inquit Epist. 85.) domandi mala. Dolor, egestas, ignominia, carcer, exilium, & ubicumque horrenda, cuncta ad hunc pervenere, mansucta sunt. Super quo ultra percutiendus? Cuncta huiusmodi mala immilla, ut cognoscit vulnus: sed miser gemendo iacet, quippe dolendo non sentit.

2 Perspicuius procedamus. In morbis acutis, quasi gementium suspiria, mala: inquit Hippocrates lib. 6. Aphorism. 54. Nicol. Leonicens: In acutis passionibus, qua cum febre fiunt, lactuosa suspiria, mala. Unde ergo mala, si suspiria refrigeria? Frequenter exeunt in corporis stuporem, mentis cæcitatem, vel furorem. Vide ibid. Comment. in Aphorism. 56. Ergo intendendum. Non dicit, Gementium; sed quasi gementium. Quare igitur in passionibus acutis suspirium quasi gementium describitur malum signum? Quid erit in acutis passionibus mentis, si ita lactuosum in ægritudine corporis? Suspiria in ægrotis non sunt mala, igitur sentiendo indicant pati languoris tormenta; pessimumque claret signum, si ægrotus non habet sensum. Haud impossibilis salus, modo doleat in doloribus ægrotus. Quasi suspiria, utique mala in decumbentis lavamen; igitur indicant spiritus suspensionem: igitur morbus cor defatigatum gravat, ut respirare non sinat: impendetque iacenti grave periculum, dum respiratio cordis commutatur in tormentum.

3 Sentit David ita sensisse; esse miserum, nec velle videri. Anima mea (exclamat) turbata est valde. Unde ergo turbatur? Laboravi (inquit) in gemitu meo. Ex contrario sanè labor, igitur vexat.

Lucret.

Senec.

Examinis conscientie fructus.

Idem.

Hippoc. Leonicen.

Quando mala suspiria, refrigeria.

Non despectur salus, si dolens ægrotus.

Psal. 6. 4. v. 7.



dens laborem, negari ex suspirijs in laboribus levamen: unde Goltzius in vit. De-centij, inquit: Miser dolor qui in tormentis non habet vocem. Et Claudian. 7. in Rufin. vers. 258. Ingentem tollit gemitum, galeasque so-lutus

Goltz.

Claudian.

Quasi gemitus doloris, malum signum.

Ex despectu paucitudo furor mentis et cecitas cordis.

2. Reg. 11. 15.

Isai. 6. 17.

Dolor peccatoris aliquando fallax.

Humectat lacrymis, pressamque morantia vocem

Thoracum validos pulsant suspiria nexus.

Suspiria animæ pro culpa gementis deducunt spem salutis; etenim virtute gemituum expugnantur à stentibus regna coelorum. Unde ergo animæ infirmæ turbatio, si gaudet gemitu? Non erant gemitus, dum expressit ploratus; sed quasi gemitus. Non erant suspiria, sed quasi suspiria, quæ in passionibus animæ luctuosa mala: siquidem per spiritus tremulam interruptionem, indicant in iacente acutam infirmitatem. Ratio subest. Gemitus, quo anima suspirando respirat, dolorem ex gravamine iniquitate demonstrat. Suspirium est, quo portenditur sub pectus iacere malum. Est respiratio; quippe gemitu sollicitat refrigerium, quo vomica cordis expellat, quæ halitum gravat. Quasi suspirium explicat complicationes symptomatum; igitur torquet quod datur medicamentum. Est cognoscere infirmitatem, & ambire dolorem quasi dulcedinem. Est velle libertatem, sed querendo servitutem. Est ambulare & iacere. Est removere ignem, & non removere fomitem. Est ignem inquirere sine flamma, atque sospitatem inter vincula. Est dolorem sentire, nec velle pati: & in morbis acutis hæc quasi suspiria ægotantibus mala; quippe ex his falsis suspirijs, procedit percussus animus in mentis icæta furorem, atque in cordis cæcitate.

4. Videris. Peccavit cum Bethsabeë. Dolorem sensit. Resipuit? Nullo modo. Homicidium viri cogitat. Derelinquit eum, ut percussus intereat. Nonne dolebat? Nonne præ scelere suspirabat? Quomodo graviore dolens succumbit flagitio? Laborabat in gemitu: non erant suspiria, sed quasi suspiria: & cum hæc infirmum inducant in cæcitate, & compellant in furorem; post commissum impudenter adulterium, prolapsus in homicidium. Dolens clamat in doloribus suis. Dolens David gemebat & non clamabat; seu potius quasi gemebat; quippe gemitus non ex dolore iniquitatis, sed ex vehementia doloris, quo frustrabatur embellium, ad votum non habens exitum: unde cum in furorem præcipit huiusmodi cogitatio, quippe febris maligna & ægri-

tudo; apparuerunt quam mala, in morbis acutis quasi gemitum suspiria: igitur furens dolore, post prostratum honorem, post vulgatam turpitudinem, et maius esset scandalum, proiecit in homicidium simul cum stula lorum. Va misero mihi (dicebat Baruch) quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo. Laboravi in gemitu & requiem non inveni. Nil mirum si in gemitu laboravit; igitur non habet requiem, qui malignitate febris pectore fovet furorem; cuius

Ierem. 45. 3

Occultis odijs terror, tacitisque sepultos

Suspirant gemitus.

5. Non levi manu prætereunda; quæ patent obvia. Quod Davidi contigit, peccatori sapescapsum usque. Considerat miserabilem statum, nec illo posse habere felicem exitum. Dolet, verum causam doloris non removel. A spiritu trahitur, ut respiscat, sed suspenditur spiritus; quoniam ne dolore doleat, efformatur quasi gemitus, quo non subsidium sed labor, & mentis iam læsa furor: animaque sicine gemeunda turbatur; quia huiusmodi gemitus cum labore, indicant semper perditionem animæ. Hinc Va misero: quippe suspirium vexatio: quandoquidem peccato semel concepto adhebat, etiam furiosus, quum respirare nequibat. Va misero: igitur miserabilis, qui gemitu potest invenire requiem, & gemitu inordinato addit dolori dolorem. Va misero: siquidem inolevit pectoris pravitas, quo quibat abolere cordis iniquitas: quæ utique ita aggravavit infirmum, gemitus variantem scopum; ut quum egredi conaretur pro iniquitate gemitus, interrumperetur præ ab iniquitate spiritus. Dolor dirigi debbat in respiscantiam criminis, neutiquam in continuationem sceleris; quippe tunc doleat, ne doleat, & sic dolebat quasi non doluisset, Gemebat, sed gemitu laborabat: ac cum ex gemitu labor sit præve in dolorem dolor (quippe in crimina præcipit phreneticum, ubi arcere congruebat à rabie criminum) sic gemebundus addit dolori dolorem, quippe quam indicat dolor inclinationem in crimen. Miser est & infelix, ubi suspiria mala, cum possent ægro salutem dare suspiria: laboratque miserabili phrenesi, cum afficitur in gemitu ipso dolendo dolore: etenim pater siderati furor; quum in dolore ex dolore infertur labor, quo quibat deleri dolor.

6. In proxima deducenda doctrina, ut eius medicamine salvetur anima. Hicne gemitus non est gemitus, sed perplexitatis

Claudian.

Non est dolor panitudinis, ubi non remouetur causa de iuris.

Statu perplexitatis peccatoris.

Virgil.

Rom. 7. 24.

Certamen magnis, certare seum.

Est infelix in dolore, qui poterat esse felix.

status, in quo peccator trahitur & retrahitur à voluptate & à ratione: tuncque gemit, & proprius, quasi gemit, quippequam verè non dolet. Velle esse & persistere in crimine, ceterum non infirmari. Ratio dicit legem in salutem, sensus frui sensuibus ultra legem. Pugnat ratio, sensus cedit. Recedit homo non peior, sed tristior. Rapitur tunc, & quò nescit, rapitur. Tolerat sine vinculis voluptatis iniquas reclamantes interius leges. Gliscit resistentia flamma, quæ fragilitate fota, acrius urget in incendium, tuncque solet animus in rationis ludibrium.

In peius ruere & retrò sublapsa referri; Non aiter, quam quò adverso vix flumine lembum

Remigij subigit, si brachia forte remisit, Atque illum in præceps pronus rapit alveus amni.

Plura alia Tautolog. 7. à num. 22. & 12. num. 15. Priusquam expositio testimoniorum, audiendus Paulus. Quis me liberabit (ait) de corpore mortis huius? Singularis stylus! mors forsitan habet corpus? Cur non dicit à morte corporis, cuius expoliatio amara; & non à corpore mortis, cuius corpus apparentia? Iure optat, quod iure formidat. In morte corporis, corpus fragile subjicitur mortis; adiuvante inferiore portione superiore, vt pro viribus unà repellant infirmitatem. In corpore mortis, quæcunque intendit inferior portio, repugnat bellica ratio. Quicquid concupiscentia uti utile in commodum corporis ultra honestatem amaverit, lex rationis validissimè contempsit, & impugnando prescribit; ex quo continuum atque diurnum certamen, iuxta carnis & mentis duplicem legem. In morte corporis, homo à seipso, est violenter, se iungitur: in corpore mortis secum valide præliatur: ac certamen est magnum, certare secum. Quare cum ex nobis ipsi geramus, unde certamina ferimus; exoptat Paulus in libertatem animæ, & commodum libertatis, spoliari, vel exuere corpus huiusmodi mortis: igitur in immensa præcipitia corruet homo, ni Deus per collatam gratiam servaverit à seipso. Multoties vel quia ratio vincitur, vel quia affectus indulgetur; anima gemit, vel quasi gemit inter catenas (& à se voluntarie elaboratas) excessu admisso, sed laborando in gemitu; quippe non gemit, quoniam intronissa iniquitas, sed quia sine gemitu non admittitur voluptas: non gemit affectu crimen, sed non invenire requiem; quippe conscientia illico immit-

tic cum cognitione dolorem: dolorem habet, ceterum ut par est, de iniquitate non dolet: unde cum ex dolore & non dolore dolor in pectore fit; exclamat Paulus afflictus. Quis me liberabit à me? igitur ut mecum mihi sit salus, necessarius totus Deus.

7. Libera me de sanguinibus Deus, salutis mea: exclamat etiam David. Id est, à me, ut sequar legem rationis, me libera Deus salutis. Aptius videbatur, à doloribus, ab infirmitatibus, à languoribus; sine quibus viget salus: & non opratur incolumitas ab his, sed tantum à se; quoniam sete in languore inducit, & non cognoscit languorem. Ni à se esset, vulnus lethale cognosceret: exoptatque in salutem, ut à se liberet; siquidem nequit consequi salutem, qui ignorat infirmitatem. Sunt utique nostre blandientes, atque blanditæ passionibus, quæ nobis cateratim ingerunt hostilitates. Amanter occidunt adinstar viperarum. Cauda ferunt similes scorpionibus blandæ, & fovitur in pectore quæ excutienda. Allicunt uti stelliones, morte latente in nitore lucis, fascinat oculis & simul mente, falso apparente splendore, fomite concupiscentibus fumant in lumen rationis. Inimici hominis domesticus eius, sunt inordinati appetitus; qui trahunt, dum studio remouentur; & instant insidiosè blanditijs, dum repelluntur, irruentes in animæ salutem, ob caducam dolorosam voluntatem; & Deus, Deus, emphaticè plorando exclamat David, cupiens liberari à se; quia ut tot icibus domesticis animæ pravaleat salus, non solum Deus necessarius, sed totus. Vigilanter Hispanicè: Es mester mucho Dios. Id est, plurima Dei auxilia, ne tot domesticis, familiaribus hostibus faucietur anima.

Pf. 50. 16

Unde cecitas peccatoris.

Appetito pravi inimici domesticis.

8. Quis liberare animam quibit à corpore huiusce mortis, ac à labore domesticæ infirmitatis? Deus salutis: igitur nos nobiscum vivere, est infirmitas maior infirmitate maiore. Hicne morbus animæ est velle & nolle: nolle sustinere afflictiones voluptatum, & velle sequi voluptates afflictionum. Est nolle gustare amaritudinem instam, & edere velle totam radicem amaram. Est nolle à se disungi, nec se negare. Est velle se, & neutiquam legem sequi. Est nolle oblivisci affectionum, quæ quidem, est vitulenta, mulcent: est velle excutere illas, quippe est blandientes nocent, cum complicatione salutis & languoris, doloris & voluptatis. Est velle surgere & iacere: est iacere & sic stare. Est moveri sine motu, hinc & hinc distrahi iactu: &

Nobiscum vivere, infirmitas maior infirmitate maiore.

pp Deus



Deus Deus salutis dicitur, dum secum pugnante à David salus optatur; non solum quia prompta salus (cum volenti præter Deus) sed quia fluctuanti inter huiusmodi vorticem, solummodo Deus potest conferre salutem. Ecce labor in gemitu, quo turbatur anima David, ex familiaritate Bethsabe. Facilitas in principio, difficultas in exitu, & quasi impossibilitas ex appetitu. Resilire, voluptati acerbum; relaxari erat præcipitium. Crescit calamitas, & ex mutua avertitate tota advertitas. Dolor, ignominia, fama vulnerata, & cætera vel insensato horribilia, cum ad hunc pervenitur articulum, sunt mansueti. Trahebatur, & præcepit ibat. Noverat periculum, & gemebat. Frangebat suspirium in respirationem, quo gemebat voluptatis mulcimen: & anima suspirijs, queis respirat, lethaler estò gemebunda ægrotat; quippequàm in complicatione humorum, malum signum, indicium læsionis est, sic gemendo suspirare, & suspirando esse sic. Vernacule: *Es may mala señal suspirar, y estarse así.*

Ubi supr.

Contentio in terna læsione.

Malum signum, sic gremi, sic stare.

Consuetudo peccati.

Percl.

Ioan. 5.6.

Miraculū, ut sanata Dei clemencia in eius medicamen necessaria.

Verf. 8.

9 Trīginta & octo annos paralyticus habebat in infirmitate sua. Accessit celestis medicus, non ad medicum infirmus. O felicitas! O naturæ læpæ cæcitas!

O curvæ in terris anima & cælestium inanes!  
Ægri totæ annorum (quos mala lactant, tormenta delectant, atque cruciamina in mentem nequaquam reddunt) ni Deus accesserit, difficile convertuntur, ac à languore curantur. Dixit ergo medicus ægrotanti: *Vis sanus fieri?* Vide fusè dicta Tautolog. 3. D. 3. à num. 8. *Vis sanus fieri?* Infelix paralyticus! Fieri: emphaticè. Non saluti restituendus, ni sanus factus. Nequit se movere, nec quidquam facere: ut sanetur ægrotus, totum operabitur medicus. *Vis sanus fieri?* Sanaberis. O Deus, & Deus salutis! Minimè erit curatio sine te Deo. *Vis sanus fieri?* Non vis: equidem si displiceret ægritudo, non per octo supra triginta annos iacères in lecto. *Vis sanus fieri?* Quis renuet? Qui tanto tempore in ægritudine iacet: etenim quibus cruciatus, quoniam voluntarij, placent, sine deliciarum doloribus semper dolent. *Vis?* Rumpem languoris vincula: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula: quippequàm cum iaceas voluptuose, voluntarie; fures profectò cum voluntate surgendi. Quot inveniuntur languentes à seipsis percussit tam in mente, quam in corpore? Alius laborat luxuria, alius avaricia, alius superbia, vanitate

alius, atque alius non requiescit ambitiosus. Nullus vult fieri sanus, quia sibi non videtur infirmus: trahiturque acerbior infirmitate, quoniam miser est, sed non vult miser videri. *Vis sanus fieri?* Quantum potes, teipsum coargue; tete offende: post accusationem fungere officio iudicis, deinde deprecatoris, ut saneris: equidem renuit salutem, qui patitur, & detrectat confiteri infirmitatem. Vult sanus fieri? Non vult. Gemit præ dolore & suspirat, sed suspirando ipso in gemitu laborat, quoniam miserabilis æger, qui renuit videri miser & non solum Deus signatur pro huiusmodi ægrotis, sed Deus salutis; quippe in æternum infirmus iaceret sic, ni Deus respiceret se. Deus Deus in illiusce salutis beneficio, ut eluceat quam difficilis sanatio: Deus se respicit, non quam infelici miserando, sed quam indigno miserabili favet, & auxilium pro benignitate confert: & ubi sic quiescenti in criminis languore propitiatur, Deus non medicus, sed medicus Deus Deus meditato dicitur; quippe qui in salutem se non movet, esse sic vel in doloribus placet, est gemat, est doleat, nullo modo Deus sanaret, ni Deus sese Deum esse in medicamen respiceret.

Nemo sanus qui sibi non videtur infirmus.

Ubi supr.

Deus se respicit, dum peccatoribus favet.

Verf. 14. Læpæ via vs lapsas dolæ rosa.

Senec.

Ovid.

10. Languor paralyticus emanavit à diuturna fota iniquitate, qua in grabato iacebat quasi stupidus, ab omni medicina & medicis desperatus: hinc divinus Archiater dicit, ut caveat: *Tam noli peccare, ne tibi aliquid deterius contingat.* A læscivia huiusce processit: queis per totam vitam percutitur clauda salus. Omnes istos (inquit Seneca, *Epist. 59.*) oblectamenta fallacia & brevia decipiunt; sicut ebrietas, qua unus horæ bilavem insaniam longi temporis tadio pensat. Et Ovid. 7. *Metamorph. fabul. ultim.*  
*Gaudia principij nostri sunt Pboæ doloris.* In statum miserabilem ita redactus languore, ut nequiret se movere. Peior utique erat anima, quæ furgere non valebat, quamvis salutem optabat. Difficile fide. Nonne si cordis in respicientiam motus, statim præpes obviat è cælo salus? Si dicit, *Peccavi, pœnitet;* Deus clemens crimen non transfert, & post terga, ne videat, projicit, vel in mari misericordiæ indulgendo summergit? Sanè. Quo ergo pacto, qui crimine, uti languore iacebat, nequibat furgere? Quia sciebat se miserum, verum renebat videri. Quia non gemebat, sed gemitu laborabat. Non aberat à paralytico votum emergendi è diuturno animi atque

que lethali languore; nec rumpendi vincula, quæ formaverant scelera. Lactabatur libertatis cogitatu, sed manebat in euleo. Cogitabat sine motu cogitando sospitatem, sed patiebatur fodicantem dolorem. Iacens præ crimine suspirabat, verum iacendo iacebat: & patet salutis depurationi, sic sine motu dolere, dolentem iacere sic: sic gemitu laborare, atque sic cum dolore placide vivere. Heu! Unde, vel quæ huius stupiditatis cum acri dolore radix? Ex phrenitide mentis cæcitas cordis. Sanari cupiebat paralyticus, cogitans dolorum pondus; verum fiducia vana fugiebat salus. *Hoc anno, foliolocutus, nequit salus restaurari: erit sequenti. Languor aggravat animam: primus utique sequenti anno descendam in piscinam. Diligentem non fugiet occasio, & liberabor a morbo. Ero sollicitus; sed transibat & transibat proximus & alter annus. Spes vana libertatis insidiando fallebat agrum, & tempus finem versus carpebat animum: vita lactata spe deficiebat, & sic erat tota vita. Cogitabat de morbo; at minime valitudo, sed duntaxat cogitatio. Venerunt anni, fed quid? Ut claresceret votum, propositum cordis, atque fiducia vana; sic & sic triginta & octo annis iacuit in infirmitate sua.*

Pericula saluti gravia, quibus perditur patientia.

Lactatio cogitationis ex vanissima fiducia salutis.

Semper miser, cui cras est semper.

Ovid.

Verf. 6.

11 O infelices, semperque gementes! Exurgamus ergo tandem aliquando: Sanct. Benedic. infit excitator Monachorum, Pater N. in Prolog. *Regul. Sanct. division. 4.* Consuetudo mali dicit languido, *Perendie. Firmum erit, si non cras. De proximo medicina.* Venit hora & nunc est. Sed transiit nunc. Medicina de proximo, verum salus de futuro, quippe quod semper proximum, nunquam venit, proximique morbus in mortem urget. Cras. Nonnunquam eris miser, quia cras est semper. Credebat morbi malignitas, cum mala per longas prævalere moras. Canit Profanus, 1. de *Remed. Am.* à verf. 90.  
*Vidi ego, quod fuerat primò sanabile vulnus*

*Dilatatum longè damna tulisse moræ. Sed prope, nec te venturas differ in horas. Qui non est hodie, cras minus aptus erit. Sic tamen auxilij perierunt tempora primi, Et vetus in capto pectore sedit amor. Interea tacita serpunt in viscera flammæ: Dicimus astitidè, Cras quoque fiet idem.* Non ita abijstes post culpas, si cito sensisses quanta peccando parabas. Hunc paralyticum inter tot languidos Christus sanavit; cum vidisset iacentem, & cognovisset, quia

iam multum tempus haberet. Pende causalem. Quia dicit, & non Quod. Quod exprimebat per multum tempus languorem: Quia diuturni mali radicem: equidem medicamine iam perijisset ægritudo, ni reperisset alimentam morando. Cum vidisset tanto tempore languidum, decrevit Iesus in illum pietate conferre auxilium. Cur medicum pro salute impulsit languentis tempus, & non paralyticus morbus. Contemplabatur periculum animæ, cuius paralyticus languor inharebat corpori. Paralyticus pro medicina suspirabat; sed sic erat. Gemebat, at gemitu laborabat: igitur si pro salute propositò suspiraret; nec ita placide, nec tanto tempore in doloribus iaceret. Morbus acutus omninò, maxime in languido viribus destituit, qui quasi gemebat, dum respirabat: & hunc cum Iesus vidisset, à languore vindicavit; quoniam si non prompta & celestis medicina, in morbis acutis quasi gementium suspiria, lethalia. Hicne homo phrenesi corripitur, stultè, quia vanà fiducia procrastinationis, moritur. Ni Christus medicus, qui hunc cognoscit, accesserit, proculdubio peribit; etenim deficiet vita in doloribus, & anni & anni similiter in gemitibus. Semper procrastinat, semper comprehendat: salusque omni tempore evanescit, illo cogitante, quòd aliquando, vel tandem tandem exibat. Dialecto nostrà: *Se pier de miserablemente la salud, con la vana esperanza de que alguna vez saldrá.* Fallit: & vota salutis irrita. Patet fallax propositum in perniciem; quandoquidem triginta & octo annis, peccati non reliquit occasionem. Longava est & habitualis infirmitas: ni accesserit Salvatoris pietas; occurret mors inter propositum exeundi, & exeundi peccatum, quin statuerit in aliquando, quando prorsum exeundum: huncque cum Iesus tanto languore, tantoque tempore correptum, atque corruptum vidisset, miraculosè sanavit; igitur in medelam peccatoris cum huiusmodi morbo, medicus necessarius, sed qui descendat de cælo.

Mora mea dicamini infirmitati dat vires.

Ægri iacet languidus, ubi maior infirmitas reparat quàm morbus.

12 Ecce in paralyticus, quod quotidie ploramus, & corrigere non possumus, Iacet languens, & cognoscit languorem & unde venerit; sed nec doloribus criminis respiscit; quippe expectat in medelam, ut Angelus descendat de cælo, & moveat aquam: sed minimè cogitat impossibilem exitum, si in libertatem miraculum necessarium. Prædicantur, monentur, & correctionem promittunt. Quando hæc erunt?



Hoc anno nequit esse, veniet alter. Uti- que, & alter & alter veniet, Mendaces in huiusmodi iteris filij hominum, ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum: igitur lactatis insidijs fiducia, dies eorum deficiunt in vanitate, & anni eorum cum festinatione: prius deferentibus halitum vitalem, quam criminum & proximam occasionem. Alij gemant, sed gemendo iacent, quippequam lasciviam torpent: etenim præ delicijs ambitis & amplexis; qui furor mentis, ad confessionem criminum patet cecitas cordis, ex qua, ut prævaleat pravitas, ita irumpit dolorosa insensibilitas; quod gementes stent, imò iacent sic, variantes ex hoc in hoc; quasi istud hoc, & sic esse, efflet medela languori. *Non tentabis Dominum sicut tentasti dicitur à Moyse prævariatrici genti. Quid populus, est rebellis, molitur, ut eius transgressio Dei designetur tentatio? Iam saepe deliquerat, ceterum penitentiam non agebat: gemit post crimen, verum ingeminabat transgressionem. Iacebat per culpam, attamen non movebatur cognitione in penitentiam. Poterat mors occurrere, & damnari impententi morte. Peccaverant, & sic erant: diciturque Dei tentatio, huiusmodi impentitudo; quippe quiescere, dormire, cum peccati dolore non dolere, in gemitu laborare, & laborando in languoribus sic esse, cognoscendo mortem & infernum post delictum, est proprie tentatio Deum.*

*Prædici defert vita, quam peccator.*

*Deut. 6. 16.*

*Cur impentitudo, Dei appellatur tentatio?*

*Isai. 2. 6. 17.*

*Ore confessio fit ad salutem.*

13 Hi nunquam, estò gemant, convertuntur; quippequam nec malis sapiunt, nec unquam dolent, sed dolere fingunt: salusque frustratur, quoniam Deus non irridetur. Nunc locum habent testimonia præfata. *Dolens clamat in doloribus suis.* Clamat præ dolore, qui confitetur crimen in anima sanitate; & non dolet, quia de crimine dolet: si non clamaret, doleret: siquidem nullo modo sanatur, quisquis occulte commissis clamando non confitetur. *Dolens clamat in doloribus suis,* ut vindicetur doloribus: iacet æger, est profectò, & ostendit esse miser: invenitque statim medicamentam; quia clamat post medicum in auxilium. *Dolens clamat.* Ubi clamor, ibi dolor. Pungunt in dolore pectoris iniquitatum dolores: fraudaturque, qui non clamat, à sanitate, est intimo punctus usque ad præcordia dolore; quia sic stat, cum à medico in salutem invitatur, quasi nihil haberet, quo conscientia pungeretur. Qui confitetur dolens, clamat in doloribus suis; igitur dolet de mali-

tia iniquitatis. Qui dolens non confitetur, dum dolor inflat; dolor aliquando urgens animam, dolentem adducit in penitentiam, sed fictam; quia secum affert occasionem peccati, de quo simulat dolere: & tunc quantum clamet, in confessione obmutescit; quoniam intendit confessione criminum in sanitatem, & non repellit vulneris occasionem. Habet scelus averfionem à Deo, vulnus unà ingrens animo. Hinc dolor procedit de dolore: illinc de Dei offensa præ iniquitate: qui ita clamans de dolore dolet, dolendo tacet; quippe pectus nequam in dolore sentit scelus, sed iniquitatis vulnus. *Dolens clamat in doloribus suis.* Quis non? Quisquis dolens stat sic: igitur si doleret, proculdubio clamaret, & doloribus in dolore sentit scelus, sed iniquitatis vulnus.

*Nulla in salute anime cum criminis occasio.*

14 Hac de causa dicit sub peccatoris persona Baruch: *Vae misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu, & requiem non inveni. Vae misero:* equidem post peccatum infelicitatis signum, laborare in gemitu & dolere; cum possit gemitu à labore & dolore liberari. *Vae misero,* tacenti, dum clamat, & dolor inflat: igitur addit dolori dolorem, cum ex dolore possit nasci requiem. *Vae misero* & nequam miserrando, pectore intimè percusso, qui ita vel gemens iacet per totam vitam; quasi morando, in mortem non dequoerret vomitam: igitur perendinando quærens requiem & inveniens dolorem, laborando in gemitu sic stat, quasi sanaretur sic. Ita addit dolori dolor, si in confessionem ex gemitu non fit clamor: siquidem dolorem sepultum secreto gemitu, sequetur dolor perpetuus in barathro tenebroso. Laborare in gemitu, est in dolore dormire, atque incundè in cruciatu iacere; quasi dolore non possit cruciamen exutere, & simul cruciatu dolorem exterminare, obli-tà gloria & penà, vanà falsis fiducia. In peccatis esse, & esse. Vernanulè: *Estare in suis peccatis, & y estare.* Sentire vulnera & sine sensu sentire: trahi & distrahi, sed nullo modo moveri: & anima David in huiusmodi statu, non solum gemit, sed turbatur valde; quoniam periculum magnum est morula penitentia: siquidem Deus relinquente in animam medicamen opportunum, relinquet vulneratum perire tanquam vas perditum.

*Ier. 45. 3.*

*Fatum peccator stat, quasi si sanaretur sic.*

15 *Filij tui* (Evangelicus Vates allo-

*Isai. 51. 20.*

*Quomodo peccatoribus supplicia, gratia?*

*Unde in peccatoribus negligentia salutis Plin.*

*Gill. Conditions orygi.*

*Plin.*

*Aqua lachrymarum, iniquitatum peccatorum.*

quitur Ierusalem) *proiecti sunt: dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus, pleni indignatione Domini.* Descriptio graphica peccatorum, præ cæcitate cordis & duritia pectoris insensibilium. *Proiecti sunt,* quos allecxerat & gratijs & supplicijs, equidem supplicia, magna à Domino gratia pro respicientia; sed noluerunt reverti, etiam apposito supplicio pro medicamine: unde cum voluntas proterva sanari nollet; quid mirum, quod illos, ut desperatos proijceret? *Dormierunt ubique, sine dolorum dolore.* Oportet vulneratos non dormire, sed medicinam vulneribus querere. Ægre potest argens conscientiam peccatum, quietum conciliare somnum; ceterum illi dormierunt: illosque à se proicit, quos vulnus altum in medicamen non angit; ut alij excitentur à quiete noxia, quam intulit mordens aspis peccati lethiera: etenim vel amorem fastidit (dum expectabat, ut flecterent) quod vulneribus quiescerent, quasi dormirent. Non tantum somnus, sed dormierunt sicut oryx illaqueatus. De Oryge (Nos Rebezo, aut Gabra montis) contrario pilo vestiri & ad caput verso: inquit Plinius lib. 8. cap. 53. ex illo Conrad. Gelnus lib. 1. de Quadruped. & Ravil. Text. in Officin. lib. 7. cap. 27. Symbolum claret radicis iniquitatis, atque cæcitate pravi pectoris: equidem non placidè dormirent in vinculis, ni haberent obæcati retortas cogitationes. Gillius apud Conrad. *In pugna non datur fugere.* Peccatores desperati semper pugnant, nunquam fugiunt; estò impendat periculum grande in discrimen amabilis vitæ. Revocare clementiam intendit, ne cadant; verum pugnant, & repugnant, ita traditi in reprobum sensum, quantum conspiciant periculum; ut, potius quam à præconceptis cedere, maline de malis in mala præcipitari. *Orygem perpetuò stentem habet Africa, mirabili modo ad remedia stentium* (subdit Plin. lib. 10. cap. 73.) *eo durant auxilio, reperitis in corpore eorum saluberrimi liquoris vestigijs.* Consule Cæli. Rhodigin. *Antiq. Lect.* lib. 28. cap. 33. Vagantur ulti à siti sicut oryges, qui doloribus gementes re-nunt medicinam querere adversus iniquitates. Sic stentens vivunt, imò moriuntur: & biberent sanè, modò ad se converterentur; quippe in se habent, quo possint ex- plere sitim, nimirum, aquam lachrymarum, cunctarum iniquitatum remedium. Pro subsidio in penas & in culpas, concessit natura lachrymas: hosque deploratos &

non plorantes Deus orygi confert, & à se iure repellit; quoniam sine remedio vulneratam perpetuò foveat animam vitentem, habentes in se liquorem lachrymarum in salutem.

16 *Sicut oryx illaqueatus.* Quare quæ iam pleni indignatione Domini, conferruntur orygi illaqueato, malæ bestia? Opportunius videtur in signum audacis populi transgressionis, specimen libertatis: quæ igitur de causa erit effrenis populus sicut oryx illaqueatus? Oryx antequam in rete cadat, nullum, vel leonem formidat. Sotlers vivaxque in lubita graditur: at si capitar, profermitur: non solum captus dormit, sed stertit: Unde lemma apud Pinellin. in *Mund. Symb.* lib. 5. cap. 11. num. 164. *Et illaqueata soporem.* Cætera animalia, estis pigriora, anguntur, & agitantur, ut rumpant vincula, avida libertatis, quia timent hostes. Oryx autem post vincula sine cordolio quiescit, nec se in libertatem movet: sic iacet, quasi consuleret libertatis sic iacere: Deusque qui indignatione populum in libertatem vocabat, sicut orygem iacere in retibus permittebat; ut pavent homines ad vindictam iustitia, qui noluerunt sanari medicamine clementia, qua provocabat in criminum penitentiam, ut vulnerum sanitate cordibus conferret gratiam. Sic iacebant, & non excitat, ut merito penas luant: equidem nulla maior pro inolita inharante cordibus iniquitate, quam indulgere peccantibus in criminibus dormire. Anima que peccatrix & impentens, illaqueatur oryx. O miserabilis homo!

*Peccator non proferatur est crimine vulneretur.*

*Signum indignationis Domini, indulgere peccatoribus dormire.*

*Fatuus, insulsus, tardus stertit noctes Terent.*

Ait Terentius in *Eunuch.* Act. 5. scen. 8. vers. 49. Deus vocat in salutem, & dormit: excitare vult, & iacet; quasi non haberet, quid intimè pungeret, ut quereret medicamen, atque non exponeret discrimini salvationem. Clamat ut surgat è laqueis, sed quiescendo magis ac magis irretitur vitijs: dormit, & Deus nolentem dormitè consentit; ut excitetur in inferno vulneribus, qui renuit libertatem, excitantibus dormientem iniquitatum doloribus. Hinc Chald. pro *Oryx illaqueatus*, legit: *Quasi lagena fracta.* Constat versione, quanta Dei & in quantum ira commota in gementes, & minime iniquitatis vulnere dolentes; sed veterno sanitate expectantes, quasi nihil agendo, possit induci sanatio, sine contritionis signo, sine penitentie, nec ulla cordis motione: equidem quos præ

*Terent.*

*Chald.*

*Quos non plectit, præijcit.*



præ amore custodiebat quasi oculorum pupillam, proijcit & sternit quasi fractam lagenam. Nostrates: Los arroja en el suelo, como un pedazo de barro. Si sunt miseri, videantur, ut fanentur: equidem species arrogantia, esse miserum, nec esse videri. Sanari volentibus facile: introite portas medici in criminum confessione; ne in peiora ruatis, si in doloribus requiescitis. Qui salvari vult, accedat: aliàs ut canit Martialis, lib. 13. Epigram. 95. Sævus oryx constat.

Martial.

DIDASCALIA V.

Sapè animæ ruina ex fugiendæ occasionis fiducia vana.

FRagilitas humana vel in tuto patet lubrica. Quenam erit firmitatis cogitatio, si lubrica in præcipitio? Occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile: inquit Hippocrates 1. Aphorism. 1. Furenter utique homo procedit, ubi audacter in peccati occasione se ingerit: equidem non est audacia sed amentia, sollicitate discrimen; dum ruit fragilis, etiam fugiendo occasionem. Confidentia de se semper languens, nunquam utilis: crenim occasio & occasio præceps, qua difficile iudicium, & ex qua experimentum omninò periculosum.

Hippocrat. Occasio præceps.

Ovid.

Ubi pericula, non audacia, sed amentia.

Senec.

Et qui spectavit vulnera, vulnus habet. Saucius ingemit, telumque volatile sensit, Et pars spectati vulneris ipse fuit. Canit, vel gemit Ovidius 1. de Arte, à vers. 168. Spectavit congruè dicit, ut discrimen ex levi, lubrica, præcipite occasione declarat. Quid non fatigabit pectus, si nocet ita levis oculorum iactus? Heheu! Si spectanti discrimen ex occasione, quid expectantur? Sanè peribit, qui pericula querit. In contrarium pugnemus, & ab involtantibus recedamus (ait Seneca Epist. 123.) non vides, quam diversus sit ascendentium habitus & descendentium? Qui per pronum eunt, resupinant corpora: qui in arduum, incurvant. Nam si descendas, pondus suum in priorem partem dare; si ascendas, retrò abducere; cum vitio consentire est. In voluptates descenditur: in res asperas & duras subeundum est: hic impellamus corpora, illic refrenemus. Optimum exemplum, ne adiuvenus vitia, dum descendimus ad illa per prona. Descensus est lapsus,

quo sensim & adamusim retrahendum studio corpus; quoniam si ponderi corporis occasio superaddit impulsum, iam tunc non erit lapsus, sed præcipitium.

Non tentabis Dominum, sicut tentasti, & iterum in pernicem, Moyse monet populum capitonem, sternacem. Quia impunis semel & iterum evasit, in occasionem criminum denudè se proijcit; quippe cum Dei potentia nulla discrimina: & ne iterum Deum tentet, populum improspectum commonefacit; quoniam vana fiducia, & in Dei tentationem maxima audacia, sese inducere in criminis occasionem, quia post Deum removere discrimen, vel conferre libertatem. Qui non præcavet periculum, quod præcavere potest, potius tentat Deum, quam sperat in eo; ait Augustinus de Civit. lib. 16. cap. 19. In infernum fingitur descendisse Pirithoum & Theseum ob Proserpinæ raptum: unde ab Hercule ad inferos descendente, Theseus vindictus è carcere: ut succinit Horat. 3. Carm. Od. 4. v. 79. Amatorem trecenta Pirithoum cohibent catenæ.

Deut. 6. 16.

Augustin.

Horat.

Quam perditorum pro na in scelera naturat.

Dan. 6. 17.

Haud malè sibi cogitè, modò faciunt.

Unus assumitur, & alter relinquitur? Sanè in crimine socij; verum cum discrimine causæ. In inferno, cuius raptum libido concupiverat, Proserpina cum Plutone, fratre Iovis, habitabat: ibique è terræ superficie descendunt, unde surgere solent; ut constat, in quæ non præceps libido, si datur peccandi occasio: igitur ita placet peccatum propter peccatum, ut libenter descendant vivi in infernum.

Modò intelligitur intentum Darij Medii obsignandi lapidem oris lacj, in quem misit Danielem Satraparum fraudibus, ut voraretur à leonibus. Quem obsignavit Rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, nequid fieret contra Danielem. Quid faciendum, si idem esset devorari, ac ostium lacj aperiri? Quæcumque fierent, non in Danielem, sed contra se facerent. Sanè, sed nihilominus Rex & optimates ostium sigillant, nè contra Danielem ostium amuli aperiant: equidem ita maligni, ita in sanguinolentiam proni; ut modò proximis inferant damnum, devorandi ingredientur in lacum leonum. Infernus non patet modò in viam, sed Theseus & Pirithous arctam invenerunt semitam: hac cogitatio turpedinis, & studium peccatoris: equidem præ peccato socij, perfidera pace, ingressi sunt in infernum, simulatque invenerunt patulum ostium. Theseum Hercules vel avallum in lucem pertrahit,

lit, verum Pirithoum nequivit, vel noluit: quinimò nec amicus, quia non valuit. Nec Letheæ valet Theseus abstrahere caro Vincula Pirithoo.

Horat.

Cur igitur, si uterque eodem crimine tenebris deditur, non uterque liberatur? Theseum Hercules (inquit Natal. Comes 7. Mytholog. cap. 1.) in saxo sedentem, & Pirithoum invenit: sed quia spontè & consultò Pirithous eò accesserat, illum ibidem reliquit: Theseum, quia necessitate coactus fuerat, liberavit. Non vacua doctrinà fictio, ut peccati fugiatur occasio. Facilis in Avernum descensus: minime impellendum alio pondere pondus; igitur ambitur ruina levi & incurioso lapsu, modò juvetur impulsu. Peccatis in infernum descendunt homines, vel malitià peccatoris, vel fragilitate carnis: unusque aliquando liberatur ab inferno peccati, & aliàs relinquitur in doloribus inferni; quia ille coactus voluptate descendit in crimen, hic anxie quæsit transgressions occasione: quare cum iuxta occasionem quæsitam vel obviam, delinquentes ferant peccati catenam; eruitur, qui pressus occasione descendit miser in peccati lacum; & manet, qui spontè ingreditur in infernum.

Nat. Com.

Perit, qui perire amabit.

Psal. 70. 20.

Rom. 5. 3.

Tribulatio malæ occasione quæsitæ.

Ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conversus vivificasti me, & de abyssi terra iterum reduxisti me: inquit peccator gratiæ divinæ iam restitutus Plalmographus. Quenam hæ tribulationes, quæ malæ & multæ? Tribulatio patientiam operatur: & erunt malæ, si feruntur impatienter. Patientia probationem, uti aurum infertur in ignem: eruntque tormentum, ubi non in probationem, sed in supplicium. Probatio verò spes, quia ita oportet pati penam, ut sit ingressus in gloriam. Spes autem non confundit tribulatos in pressuris, & cruciatibus; quia portat charitas Dei abundè diffusa in cordibus: si proventus magnus ex tribulatione, qua de causa tribulationes malæ? Quanam & quomodò malum & in malum, si æternum pondus gloriæ operatur etiam leve tribulationis momentum? Sunt tribulationes hominibus multæ: sunt etiam bonæ, & sunt malæ. Bonæ, dum veniunt: malæ, dum quaruntur: & malas tribulationes, quæ multæ, merito vocat, dum illas in penitentiam scelera ad memoriam David revocat; quoniam nonnunquam in peccatricis animæ pernicem, peccati quærem ex proposito occasionem. Tribulationes sæpe è celo mittuntur, ut doloribus homines ab inferni doloribus retrahantur. Hæ

bonæ, sed malæ; ubi pro lubito voluntatis ambiuntur tribulationes: igitur si peccatis ducentur homines in infernum, magnum elucet discrimen tribulationum inter peccata fragilitati corporis obvia, atque peccata appetita: quippequam illis improbi spontè ingrediuntur in infernum. Hispanicè vivide: Por los pecados à unos los llevan allà: otros se van por su pie. Consilij expers, bis mole ruit sua.

Horati.

Inquit Horatius, quo supr. vers. 65. In descensum iturus, addit molè voluptatis voluntatis pondus, quod cogitabatur fruitio, obviat uti tribulatio: ex qua difficile eripitur, qui cogitatio labitur; quoniam sic sedet & iacet, qui quisque meditante corruit. Ruinà utique esset tribulatio, quippe semper angit lapsus; sed restat ad creationem recursus: verum ex pravitatis molimine non tantum tribulatio, sed & tribulatio mala; quippe difficile erui ab occasione quæsitæ.

Iam malitià hominis depromptat exponatur Dei clementia. Per peccata malas tribulationes David invenit, quæ in infernum vivorum, & abyssos terræ sese detruisit: at clementia Dei reductus & simul per gratiam vivificatus. Conversus vivificasti, & de abyssi terra reduxisti. Conversus, pro iterum, uti in periodo sequenti, & in Script. usquequaque: ut Plalm. 77. 41, & 84. 7. Conversi sunt & tentaverunt. Deus tu conversus vivificabis. De quo Didasc. 6. num. 13. Usque illuc lapsus, sed conversus. Sese demersit profundè usque in abyssum inferni, non solum potitè occasione criminis, sed intentà prorsum malignitate cordis. Ibi quippe lapsum appetij, remanere stuidit, & gratias corditùs agit; quoniam etsi mala tribulatio, Deus clemens non dereliquit animam in inferno: imò per ingentiam ælimabilem clementiam vivificavit per gratiam. Surgit ex inferno qui ductus, quoniam lapsus: non qui molitur lapsum, quasi voluntatis votum. Hinc Davidis mala tribulatio, verum pietatis divinæ coruscavit magnitudo: equidem viscerum clementia magna, quòd reduceret ductum in infernum ex occasione quæsitæ. Ut clarior sit respiciens penitentia ostendit Deus in malis tribulationibus magnæ misericordiæ specimina: igitur si pium, extrahere per gratiam liberatricem tractum & redactum in infernum per criminis occasionem; erit proletem in clementia magnus, ubi non solum ductus reductitur, sed ingressus. Satis nobis, si tentatio:

Conversus pro iterum.

Dei clementia magna, illam erueret, qui noluit præcipitari.